



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**S. Avrelii Avgvstini Hipponensis Episcopi Et S. R. E.
Doctoris Vita**

Lancilottus, Corneille

Antverpiæ, 1616

Cap. XLIV. Summa D. Augustini à mundo & creaturis auersio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42857

*ium verò cordi S. Augustini: ferreum propter
nimiam eius constantiam, & aureum propter
inflammatam eius caritatem.*

CAPVT XLIV.

*Summa D. Augustini à mundo & crea-
turis auersio.*

ITA QVE mirum haud videri debet,
(quamquam hoc ipsum ingens est mi-
raculum) si tam efficacibus iudiciis hono-
ris, est Augustinum Deus à morte profecu-
tus. Fuit enim, vt iam non semel ostensum
est, non vfitata nec cõmunis eius in Deum
caritas, quâ sic in Deum ferebatur, vt crea-
turas omnes negligeret, & negligendas esse
proclamaret ei, qui Dei filius & heres esse
desiderat. Elegantissimas tanti viri senten-
tias pro rei naturâ Lector tecum expende:

*Væ tibi, si amaueris condita, & deserueris
Conditozem. Pulcra tibi sunt, sed quanto est
pulcror qui ista formauit? Et alibi: Anare
quid aliud (quàm Deum) petas? quid tibi
sufficit, cui Deus non sufficit? Quanta tibi
mundus post dorsum strepit, vt retrò respi-
cias? id est, vt in rebus presentibus, nec præ-
sentibus (non enim dicenda sunt presentia,
numquam stantia) spem tuam ponas, & ab eo
quod promisit Christus, & nondum dedit (sed
quia fidelis est, dabit) auertas animum tuum,*

Tract. 2.
in cap. 2.
Ep. S. Ioã.

Solus Deus
expetendus.
Serm. 29.
De verb.
Domini.

Mundus
immundus
repudiandus.

Tract. 2.
in c. 2. Ep.
S. Ioan.

& velis requiescere in mundo pereunte. Ideo enim Deus felicitatibus terrenis amaritudines miscet, ut aliqua queratur felicitas, cuius dulcedo non est fallax. Et infra: Quid strepis munde immunde? quid strepis? quid auertere conaris? Tenere vis periens: quid faceres si maneres? quem non deciperes dulcis, si rebus amaris alimenta mentiris? Item: Si ista (nimirum creata) diligis, ut subiecta dilige, ut famulatia dilige, ut arrham sponsi, ut munera amici, ut beneficia domini: sicut amen, ut memineris semper quod illi debeas, nec ista propter se, sed ista propter illum, nec ista cum illo, sed ista propter illum, & per ista illum, & super ista diligas illum. Non enim te prohibet Deus amare ista, sed non diligere ad beatitudinem, sed ad hoc laudare & probare, ut ames creatorem. Quemadmodum si sponsus faceret sponse suae annulum, & illa acceptu annulum plus diligeret quam sponsum qui illi fecit annulum; nonne in ipso dono sponsi, adultera anima deprehenderetur; quamuis hoc amaret, quod dedit sponsus? Ad hoc utique arrham dat sponsus, ut in arrham suam ipse ametur. Ergo dedit tibi Deus omnia ista, ama illum qui fecit ista. Plus est quod tibi vult dare, id est, seipsum qui ista fecit, &c. Tenete potius dilectionem Dei, ut quomodo Deus est aternus, sic & vos maneatis in aeternum, &c.

C A-